

Documentos

Las indulgencias para la conquista de Canarias

Por Elías SERRA

Desde antiguo, desde el siglo XIV, habían sido concedidos por la Sede Apostólica privilegios espirituales para los que contribuyesen a la conversión cristiana de los naturales de estas Islas Canarias. Especialmente, desde Eugenio IV, existió una recaudación de limosnas a este fin, fondo de que dispone el obispo Juan de Frías y que de acuerdo con él utilizan los Reyes Católicos para iniciar la conquista militar de Gran Canaria en 1478, dando sin duda un sentido muy extensivo a la idea de conversión de los infieles canarios expresa en el texto de las bulas de indulgencia. La corte romana, bajo Sixto IV, mantuvo una actitud por lo menos reservada, si no de franca oposición, a esta interpretación político-militar de conversión. Sin duda a esta situación responden las súplicas del rey Fernando que reproducimos aquí, tomándolas de una colección diplomática, sin duda poco divulgada y menos comentada, debida al que fue nuestro maestro Dr. Antonio de La Torre.

20-XI-1479. Toledo

A. C. A. r. 3606, f 15 r y v.

Fernando el Católico suplica al pp. Sixto IV confirme las indulgencias para la conquista de Canarias y las amplíe a la del reino de Granada.

Sanctissime etc. Ferdinandus etc. Cum in insulis Canariae, quem nostrorum regnorum dictioni subiacent, sit maxima infidelium multitudo, variis gentilium erroribus implicata, pro quorum ad fidem nostram Catholicam conversionem placuit, Sanctitate vestre suisque predecessoribus, indulgencias plenarias, in vita pariter et in morte, Christi fidelibus eidem conversioni subvenientibus, impartiri, quasquidem, ob sui pietatem eidem Sanctitati vestre obedientiam debitam et devotam, in regnis michi subditis suscepi et publicari permisi eisque prestiti auxilium oportunum; sub quarum confidencia conversionem predictam iniciari, bellumque contra obstinatissimos infideles parari et iniri mandavi, et in insula, que Magna Canaria nuncupatur, gentes nostras, ad conversionem et bellum abtissimas, in grandi numero destinavi, que dictam insulam detinent occupatam, infidelibus resistendo et pro viribus debellando. Sed invidente humani generis hoste, tempore quo expectabam mandata Sanctitatis vestre meumque situi prepositum ad finem deducere preoptatum, eadem Sanctitas vestra, sinistre, prout creditur, informata, dictas indulgencias, per suas litteras apostolicas, suspendi, et elemosinas ex eis habitas prelatis nostrorum regnum et collector camere apostolice sequestrari mandavit; ex quibus dictum situm conversionis et conquiste opus cessavit, in animarum fidelium et infidelium detrimentum et plurimum scandelum; et ut dicte indulgencie sortirentur suum plenarium efectum, dictum situm conversionis et conquiste opus apud dictos infideles, maximis meis intervenientibus necessitatibus et guerrarum turbinibus, perfici nullatenus possent. Idcirco supplico Sanctitate vestre ut, omnibus semotis obstaculis, dictas indulgencias ad suum pristinum statum deducere, illasque ampliare, michi earumdem administracionem et dispositionem, contra quoscumque infideles predictos aliquosque regni Granate, et Sanctitas vestra comittere et misericorditer elargiri dignetur. Almam personam Sanctitatis vestre omnipotens Deus conservare dignetur, in regimine Ecclesie sue Sancte. Ex

civitate Toleti, die vicesima mensis novembris, anno Domini mil-
lessimo CCCC LXX VIII. = De vuestra Sanctedad muy homil e
devoto fijo, que vuestros sanctos pies y manos besa = El Rey
de Castilla y de Aragón = Dominus Rex mandavit mihi Petro
Camanyas.

24-XI-1479. Toledo

A. C. A., r. 3606, f. 15 v.

*Fernando el Católico a un residente en la curia romana, ro-
gándole apoye la gestión de fray Diego de Nava, enviado por el
rey a negociar la súplica del documento anterior.*

Reverendissimo in Christo patri, etc. Ferdinandus, etc. Mit-
timus ad istam Curiam religiosum et dilectum nostrum fratrem
Didacum de Naua, latorem presencium, gracia tractandi, procuran-
di et conducendi, nostri ex parte, cum Sanctitate domini nostri
pape negocia Magne Canarie, que Dei laudem, augmentum catho-
licae fidei atque servicium nostrum concernunt maxime, et nos cele-
rius expediri optamus. Eam ob rem reverendissimam paternitatem
vestram vehementer rogamus, velit, nostra contemplacione et amo-
re, atque huiusmodi pii operis intuitu, predictum fratrem Didacum
de Naua recomissum suscipere, et in negociacione eiusmodi illum
vestro favore prossequi, ac dare operam ut ab eadem Sanctitate
eidem grate audiencie et benigne, pro rei necessitate, tribuan-
tur . . . = . . . Petro Camanyas.

ANTONIO DE LA TORRE, *Documentos sobre relaciones inter-
nacionales de los Reyes Católicos*, I, 1949, núms. 64 y 65 del año
1479, págs. 50 y 51.